

6904 C. Varinio Fido aed., Ilviro, flaminiali provinciae Baeticarum annorum LXX. | Varinia Flaccilla filia, | c. f.¹, | fecit.

Los Santos de Maimona inter Hispalim (Sevilla) et Emeritam (II 935 et metius Eph. ep. 3 p. 385 n. 89 Huebner vidit ectypum). — 1) *Clarissima femina. Eadem supra N. 3106.*

6905 L. Iulio M. f. Q. nep. | Gal. Gallo | Mummiano trib. | militum coh. maritimae¹, | Ilviro c. c. P.², flamine | divor. Aug. provinc. | Baeticae. | Huic ordo c. c. P.² statuam | equestrem decrevit. | Aelia Flaviana uxor | honore usa impensam | remisit.

Cordubae (II 2224 vidit Huebner). — 1) *Cf. supra N. 2746. 2747.* — 2) *Colonorum coloniae Patriciae, i. e. Cordubae. Cf. supra N. 5079, infra N. 6945.*

6906 . . . [Fabio M. fil. Gal.] . . . do | [flam]ini divor. Aug. | provinc. Baeticarum. | Huic consummato honore flamine, | Catio Sabino Ilviro Cornel. Anullino cos.¹, | consensu concili universae prov. Baet. | decreti sunt honores quantos quisque | maximos plurimosque flamen est | consecutus cum statua. | M. Fabius Basileus Celt.² pater | honore accept. impensam remisit.

Cordubae (II 2224 vidit Huebner). — 1) *A. 246.* — 2) *Celtitanus. Celti oppidum Baeticae, cf. Plin. h. n. 3, 3, 44; C. I. L. II p. 457.*

Alium flaminem provinciae Baeticae habuimus supra N. 5079, flaminem coloniarum immunitum provinciae Baeticae N. 5080.

6907 Sex. Allio Mamerco | pontifici perpetuo | col. Astigitanae et | flamine divor. August. | concilio immunes | Ilienses Ilipenses | decuriones | viritum statuam | d. d.¹

Ecija, ubi fuit Astigi (II 4475 aliquoties descripta saeculis superioribus). — 1) *Quae inclinatis dedi, a parte tantum auctorum relata, suspecta sunt, certe corrupta.*

6908 M. Valerio M. f. M. n. | Q. pron. Gal. Pullino | Ilvir., leg. perpetuo¹ | munic. Pontif.², | praef. fabr., flam., | pontif. Aug., municipes et incolae.

Obulcone (Porcuna) (II 2432 vidit Huebner). — 1) *Legatus perpetuus praeterea inauditus.* — 2) *Cf. N. 6944.*

6908^a L. Fabius L. f. | Gal. Rufinus | Ilvir., praef. | iur. dic. ab | decurionibus | creatus¹, d. d.

Gadibus (II 4734 aliquoties descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Cf. N. 6542.*

6909 Licinae Q. f. | Rufinae | sacerdoti | perpetuae | in col. C. Iul.¹ et in | munic. C. Ipsc.² | et in munic. Flor. | Hiberrit.³, amantissimae civium | suorum; | res p. Contrib. Ipsc.⁴ | ob merita eius | statuam aere conlato d. d. | Licinia Q. f. Rufina | honore accepto | impensam remisit.

Prope Baëna loco dicto Cortija de Iscar, iam Cordubae (II 4572 cf. p. 874